



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum possit ibi esse aliquid superfluum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

uerbo, est falsa uocis significatio cum intentione fallendi, & proportionally mendacium in facto debet esse falsa facti significatio cum intentione fallendi. Constat autem, quod iudei modo ueteres ueteri cultu, non habent intentionem fallendi: quamuis factis falsum significantibus, credentes se uerum significantia facta exercere, utantur.

Non est ergo in eorum ritu mendacium, sed facti perniciosum. Et in littera mendacium reputatur.

¶ Ad hoc dicitur, quod in littera numquam occurrit nisi in communi mendacium est, cum aliquis exterius significat contrarium ueritati sine uerbo, siue facto, & propterea non sublimatur in particulari, quod in tali cultu, i. ueteris legis apud iudeos non est mendacium perniciosum, sed quod est falsitas perniciosa. Sat enim est quod inuenitur in cultu ueri Dei aliquid perniciosum, siue falsum, siue mendacium. Unde sicut dicitur dicens corde ore Christum non uerisse, sed uenturum, non metur, sed falsum perniciosum dicit, ita colens Deum ritu ueteris legis, pro se facto Christum uenturum, non mentur, sed factum falsum perniciosum exercit in cultu Dei. Quia tamen possit dici quod in istis falsis est mendacium qui est ex parte actus exterioris, si uerbum, uel facti falsi, non sit mendacium ex parte intentionis interioris: & quod littera distinguitur mendacium ex parte rei significata; contra id, quod est ex parte colentis. Prima responsio, ad hanc hanc locum, amplectenda est, quia falsitatem significare in diuino cultu distinguitur in littera ex parte rei, & ex parte colentis. In hoc tamen author a mendacio pernicioso hoc corpore articuli, quia perniciosa est ueritas medi falsitas, sicut mendacium perniciosum, & quia ut factum est, ex parte exterioris actus est perniciosum mendacium, nec excusat iudeorum ignorantia tale crimen, sicut nec infidelitatem eorumdem. In eod. ar. quo ad falsum cultum ex parte colentis nota tria. Primum, quod cultus iste est perniciosus iuxta authoris sententiam, quoniam cum dixisset, Et ideo si per cultum exteriori aliquid falsum significetur, erit cultus perniciosus, istam subdidit. Hoc autem contingit dupliciter, scilicet ex parte rei significata, & ex parte colentis. Vtrumque ergo falsum, est ex genere peccatum mortale. Secundum, quod tunc est falsitas, quando co-

**A**tra Ecclesiam, non autem si praeter Ecclesiam institutionem fieret. Unde author in hoc articulo falsitatem ex parte colentis instituit in hoc, quod est esse contra Ecclesiam institutionem, seu consuetudinem, quia falsitas cultus contra Ecclesiam est.

¶ In sequenti uero articulo superfluitatem dicit, quando est cultus praeter, uel contra constitutionem, seu consuetudinem Ecclesiae. Perfpice igitur differentiam inter contra, & praeter. Illud perniciosum, hoc superfluum constituit. Illud contrariatur ueritati, & ideo perniciosum, hoc uultuati; & ideo minus malum, & est uentiale, licet possit esse mortale propter contemptum, uel praecipuum. Et ideo admittitur in littera sequens articulo contra consuetudinem communem. Tertio, quod falsitas ista habet locum, & in cultu communi, & in cultu singulari. Et propterea in littera non dicitur, Et hoc in cultu communi: sed dicitur, Et hoc praecipue in cultu communi, insinuans per ly praecipue, quod hoc etiam potest habere locum in cultu singulari, puta, in ieiunio, uel oratione singulari, non imposta ad Ecclesiam, ut si quis contra modum Ecclesiae ieiunaret in Dominica, aut oraret sic in propria persona, quod nihil ad Ecclesiam, cum quilibet sit pars Ecclesiae, & in persona Ecclesiae praecipuum habeat orandi a Domino, dicente. Orabit: Pa- ter noster: Panem nostrum: Dimitte nobis &c. Ad falsitatem autem communis cultus ex parte colentis non solum spectat, si sacramenta contra Ecclesiae ritum celebrantur, ut habes 26. q. 5. ca. Quicumque, sed etiam reducitur, si miracula falsa quis predicet, aut docendo scribat. Praedicatorum namque, & doctores in persona Ecclesiae dicere, & praedicare constat. Nec excusantur quacumque pia intentione a pernicioso cultu, quia qui in se est, fide Christi euacuat ueritate.

tingere falsitas in exteriori cultu ex parte colentis, & hoc praecipue in cultu communi, qui per ministros exhibetur in persona totius Ecclesiae. Sicut enim falsarius esset, qui aliqua proponeret ex parte alicuius, quae non essent ei commissae: ita uitium falsitatis incurrit, quod ex parte Ecclesiae cultum exhibet Deo contra modum diuina auctoritate ab Ecclesia constitutum, & in Ecclesia consuetum. Unde \* Ambrosius dicit. Indignus est, qui aliter celebrat mysterium, quam Christus tradidit. Et propter hoc etiam \* glossa dicit ad Colossens. secunda, quod superfluitio est, quando traditioni humanae religionis nomen applicatur.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod cum Deus sit ueritas, illi in uocant Deum, qui in spiritu, & ueritate eum colunt, ut dicitur Ioan. 4. Et ideo cultus continens falsitatem non pertinet proprie ad Dei inuocationem, quae saluat.

**A**D SECVNDVM Dicendum, quod ante tempus legis, iusti per interiore in se in se instruebantur de modo colendi Deum, quos alii sequebantur. Postmodum uero exterioribus praecipis circa hoc homines sunt instructi, quae praeterire pestiferum est.

**A**D TERTIVM Dicendum, quod diuersae consuetudines Ecclesiae in cultu diuino, in nullo ueritati repugnant: & ideo sunt seruandae, & eas praeterire illicitum est.

ARTICVLVS II.

*Vtrum in cultu Dei possit esse aliquid superfluum.*

**A**D SECVNDVM sic procedit. Videtur quod in cultu Dei non possit esse aliquid superfluum. Dicit enim Eccl. 43. Glorificantes Deum quantumcumque poteritis, superuolebit adhuc: sed cultus diuinus ordinatur ad Deum glorificandum: ergo nihil super-

¶ Super quod nonagesimaterria Articulum secundum.

**I**N secundo eiusdem quaestio. articulo uide in littera resolutionem superfluitatis, scilicet, quia in exterioribus solum consistens, ad interiore Dei cultum non pertinet. Cum enim cultus exterior ad interiore ordinetur, si aliquis extra fiat cultus, qui ad interiore non ordinetur, superfluum est. Et quia ad interiore Dei cultum non recte ordi-

nat

1. ad 1. Cor. 11. super illud: Quicumque ediderit panem, tom. 5. Et glo. Ambrosii circa h. commentarii ad col. ca. 2. tom. 5.

Supr. q. 87. art. 5. ad 1. Et q. 95. artic. 1. cor. & ad 3. Et infra q. 104. artic. 2. ad 2.

De idolatria, in quatuor articulis diuisa.

**D**EINDE considerandum est de idolatria. ET CIRCA hoc quatuor.

¶ Primò, Vtrum idolatria sit species superstitionis.

¶ Secundò, Vtrum sit peccatum.

¶ Tertio, vtrum sit grauissimum peccatorum.

¶ Quartò, De causa huius peccati. Vtrum autem cū idolatris sit communicandum, dictum est supra, cū de infidelitate ageretur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum idolatria recte ponatur species superstitionis.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd idolatria non ponatur recte species superstitionis.

Sicut enim heretici sunt infideles: ita & idolatry. sed heresis est species infidelitatis, ut in pra. habitum est. ergo & idolatria, non autem superstitionis.

¶ 2 Præ. Latría pertinet ad uitium religionis, cui opponitur superstitio: sed idolatria uidetur uniuoce dici cum ea latría, quæ ad ueram religionem pertinet. Sicut enim appetitus falsæ beatitudinis cum appetitu ueræ beatitudinis uniuoce dicitur: ita cultus falorum Deorum, qui dicitur idolatria, uniuoce uidetur dici cum cultu ueri Dei, qui est latría ueræ religionis. ergo idolatria non est species superstitionis.

¶ 3 Præ. Illud quod nihil est, non potest esse aliquid generis speciei: sed idolatria nihil esse uidetur dicit enim Apost. ad Corinth. 8. Scimus quia nihil est idolum in mundo. & infra 10. Quid ergo? dico quod idolis immolatum sit aliud, aut quod idolum sit aliud: quali dicit nō: immolare autem idolis propriè ad idolatriam pertinet. ergo idolatria, quasi nihil existens, non potest esse superstitionis species.

¶ 4 Præterea. Ad superstitionem pertinet exhibere cultum diuinum, cui non debetur: sed cultus diuinus sicut non debetur idolis, ita nec aliis creaturis. unde ad Roman. 1. Quidam uituperantur de hoc, quod coluerant, & seruauerunt potius creaturis, quam creatori. ergo in cōueniēter dicitur di superstitionis species idolatria.

natur, quod præter Ecclesie institutione, aut consuetudine fit: ideo, dato quod aliquis præter Ecclesie morem, ad interiorē deuotionem intendet noua ordinare, superfluitatis vitio non caret, & exteriori tantum colitur: nam interiori peccat, ab Ecclesie regula declinans, Quale autem peccatum committatur in huiusmodi superfluitate, quæ inter superstitiones numeratur, in litera non exprimitur. Est tamen communiter ueniale, nisi contempnus ecclesiasticæ disciplinae, aut interioris cultus adfit, quia non est ibi perfecta superstitionis ratio. Nec tamen leue habendum est peccatum hoc: quoniam infra superstitionis laetitiam cōtinetur, quæ diuino opponitur cultui. Omne autem peccatum in his, quæ Dei sunt, magni esse constat.

¶ 2 Præ. Exterior cultus est profectio quadam cultus interioris, quo Deus colitur fide, spe, & charitate, ut August. dicit \* in Enchiridion: sed in fide, spe, & charitate non potest esse aliquid superfluum: ergo neque in diuino cultu.

¶ 3 Præterea. Ad diuinum cultum pertinet, ut ea Deo exhibeamus, quæ a Deo accepimus: sed omnia nostra Deo accepimus, ergo si totum quicquid possumus, facimus ad Dei reuerentiā, nihil superfluum erit in diuino cultu.

SED CONTRA est, quod August. dicit \* in 2. de doctr. christ. quod bonus, uerisq; christianus etiam in literis sacris superstitionis signata repudiat: sed per sacras literas Deus colendus ostenditur. ergo etiam in cultu diuino potest esse superstitio ex aliqua superfluitate.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur superfluum dupliciter. Vno modo, secundum absolutam quantitatem: & secundum hoc non potest esse aliquid superfluum in diuino cultu: quia nihil potest homo facere, quod non sit minus eo, quod Deo debet. Alio modo potest esse aliquid superfluum secundum quantitatem proportionis, quia scilicet non est fini proportionatū. Finis autem diuini cultus est, ut homo Deo det gloriam, & ei se subiciat mente, & corpore: & ideo quicquid homo faciat quod pertinet ad Dei gloriam, & ad hoc, quod mens hominis Deo subiciatur, & etiam corpus per moderatam refractionem concupiscentiarum, secundum Dei, & Ecclesie ordinationem, & consuetudinem eorum quibus homo conuiuit, non est superfluum in diuino cultu. Si autem aliquid sit, quod quantum est de se, non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc, quod mens hominis feratur in Deum, aut quod carnis concupiscentiæ moderatè refrænentur: aut etiam si sit præter Dei, & Ecclesie institutione, uel contra consuetudinem communem, quæ secundum \* August. pro lege habenda est, totum hoc reputandum est superfluum, & superstitiosum: quia in exterioribus solum consistens, ad interiorum Dei cultum non pertinet. Vnde \* August. in lib. de uera religione, inducit, quod dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra uos est: loquitur contra superstitiosos, qui scilicet exterioribus principalem curam impendunt.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod in ipsa Dei glorificatione implicatur, quod id quod fit, pertineat ad Dei gloriam, per quod excluditur superstitionis superfluitatis.

**A**D SECVDVM dicendum, quod per fidem, spem, & charitatem, anima subicitur Deo: unde in eis non potest esse aliquid superfluum. Aliud autem est de exterioribus actibus, qui quandoque ad hæc non pertinent.

**A**D TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de superfluo, quantum ad quantitatem absolutam.

Enchir. c. 3. to. 3.

Li. 1. c. 18. in med. to. 3.

In epist. 86. par. a prim. tom. 2. & de Eccl. dogm. c. 22. Ca. 3. a med. to. 1.